



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

§.2dus. Homines variarum ætatum utriusque sexûs.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

dicit, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

§. 2dus.

Homines variarum etatum utriusque sexus.

Infantes.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Ps. 8. Nisi efficiamini sicut parvuli (humilitate & simplicitate) non intrabitis in regnum calorum. Matth. 18. Qui suscepérit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit, qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Ibid. Collige, quid meriti habeas ex instructione bona parvulorum, & quam severas habeas Deo reddendas rationes ex eorum seductione. Malitia parvuli estote. 1. Cor. 14. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. Sap. 8. Quanta felicitas hominis unius respectu alterius minus felicem indolem sortiri! Relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiae. Prov. 9. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi, quae erant parvuli. 1. Cor. 13. Talis debet esse progressus respectu perfectionis in religioso. An jam potes dicere, quod

114 *Pars secunda de elevatione*
quod in virtute à novitiatu creveris? vel an
multum est, te in primo fervore perseverasse?
& an non pessimum, nec ulla tenus coram Deo
excusabile, ab eo te descivisse?

Adolescentes, Juvenes.

Filli, à juventute excipe doctrinam, & usque
ad canos invenies sapientiam. Eccl. 6. Ado-
lescens loquere in tua causa vix. Si bis interroga-
tus fueris, habeat caput responsum tuum. In mul-
tis esto quasi inscius, & audi tacens, simul &
quarens. In medio magnatorum non praesumas, &
ubi sunt senes, non multum loquaris. Eccl. 32.
Benè observanda hæc homini juniori documen-
ta, qui se se doctum, ingeniosum esse putat, &
ad fastidium prudentiorum loquaculus est. Cum
esset junior omnibus, nihil tamen puerile gessit in
opere. Tob. 1. Hæc magna laus adolescentis:
Fili sine consilio nihil facies. Eccl. 32. Sensus &
egitatio humani cordis in malum prona sunt ab
adolescentia sua. Gen. 8. Hinc & adolescenti,
& ejus gubernatori contra nitendum. In quo
corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo
sermones tuos. Ps. 118. Tria sunt difficilia mibi,
& quartum penitus ignoro, viam aquila in celo,
viam colubri super petram, & viam maris in me-
dio mari, & viam viri in adolescentia sua. Prov.
30. Hoc quidem in sensu mystico applicatur
Christo, sed in sensu literali verum est de quo-
libet adolescenti utriusque sexus. Et hinc ora
Deum sæpè, ut tuæ curæ commissos præserves.

ab occasionibus, in quibus prævidit eos fore infelices: & pete, ut iis det gratiam congruam pervenienti ad statum, in quo salvabuntur. Reflecte etiam ad pericula, in quibus tu ipse in taliestate fuisti, & age Deo gratias; quod in & tam multis adhuc sis præservatus.

Puella.

TU scis Domine, (ajebat Sara) quianunquam concupivi virum, & mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus (lascivè) miscui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui, virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere. Tob. 3. Felix puella, quæ idem coram Deo contestari potest. Hac fuit iniquitas Sodoma, superbia saturitas pañis & abundantia, & otium ipsius & filiarum ejus. Ezech. 16. Hoc adhuc multas facit puellas lascivas.

Mulieres.

Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino. Prov. 18. Inveni amariorem morte mulierem, qualaqueus venatorum est, & sagenacor ejus, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inveni unum (scilicet, quod jam dixi de ille-cebris mulierum) & alterum, ut invenirem rationem (cur scilicet difficilius sit probam & pruden-

116 *Part secunda de elevatione*
dentem mulierem, quam virum invenite non
inveni. *Virum de mille unum reperi, mulierem*
ex omnibus non inveni. Eccl. 7. Interpretes pu-
tant, Salomonem alludere ad 700. uxores &
300. concubinas suas, & nullam invenisse in
his 1000. bonam. Ab una muliere Eva omne
malum, ab una Maria omne bonum. Integra
regna conversa & perversa sunt per mulieres
conversis & perversis Regibus. Duos homines
iterum recepit paradisus, vel ideo tutos, quod
absit jam mulier.

Adam, Sampsonem, Davidem, Loth, Sa-
lomonem

Fœmina decepit: quis modò tutus erit.
Jure & ideo lex à Christo lata (dicebat quidam)
vocatur lex gratiæ; quod non nisi unam ducere
uxorem præceperit, adeoque à pluribus cruci-
bus domesticis hominem liberarit. In Genea-
logia Christi Scriptura non meminit sanctorum
mulierum, sed alicuius turpitudinis labi insi-
gnium: Thamar, Rachab, Ruth, Bethsabee.
Ut, qui propter peccatores venerat, de peccatori-
bus nascens, in se omnium peccata delere velle de-
monstraret. Ita SS. Ambros. & Chrysost.

Viri.

*V*ir consilii non disperdet intelligentiam. Eccl.
32. *Virum sanguinum & dolosum abomina-*
bitur Dominus. Pl. 5. *Bonum est viro, cum por-*
taverit iugum ab adolescentia sua. Thren. 3.
In adolescentia innocentia factus religiosus,
vel

vel in saeculo in timore Dei semper confortatus.
Vir amabilis ad societatem magis amicus erit,
quam frater. Prov. 18. Beatus vir , qui non
abiit in consilio impiorum , & in via peccatorum
non stetit, & in cathedra pestilentia non sedet (ab-
ductus erroneis principiis , sive in fide , sive in
moribus) sed in lege Domini voluntas ejus , & in
lege ejus meditabitur die ac nocte : & erit tan-
quam lignum , quod plantatum est secus decursus
aquarum , quod fructum suum dabit in tempore
suo , & folium ejus non defluet , & omnia , quacun-
que faciet , prosperabuntur. Non sic insipi , non
sic ; sed tanquam pulvis , quem projicit ventus à
facie terre. P. i. Hoc in gratiam virorum
fusiūs adducitur , qui genuinum virile pectus
habent , nec lenociniis nec adversis enervan-
dum. Melior est iniquitas viri , quam mulier
benefaciens. Eccl. 42. i. e. Magis tibi proderit ,
vel minus nocebit injusta vexatio per virum il-
lata , quam blanditiæ mulieris ignem concipi-
scentiæ in te succendentis. Sic enim (ut in
contextu sequitur) confundet in opprobrium ,
præcipitans in pudendam infamiam fornicatio-
nis & adulterii. Mulier enim , ut est in prover-
bio , cui benefacit , ei se prostituit.

Senes.

Non spernes hominem in senectute sua : quo-
niā ex nobis senescunt. Eccl. 8. Non te
pretereat narratio seniorum , ipsi enim didicerūne
a patribus suis. Ab ipsis disces intellectum , &
in

118 Pars secunda de elevatione
in tempore necessitatis dare responsum. Ibid. Tres
species odivit anima mea : pauperem superbum,
Et divitem mendacem, Et senem fatuum, Et in-
sensatum. Eccl. 25. Egressu est iniquitas de Ba-
bylone à senioribus iudicibus. Dan. 13. Exaltent
eum in Ecclesia plebis, Et in cathedra Seniorum
laudent eum. Ps. 106. Senes, ut sobrii sint pu-
dici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in pa-
tientia. Tit. c. 2. Ne projicias me in tempore se-
nectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelin-
quas me. Ps. 70. Tunc enim ob deficientes vi-
res mentis tuo auxilio indigebo. Senectus ven-
rabilis non diurna, neque annorum numero
computata. Aetas senectutis vita immaculata.
Sap. 7. Habent senes insigne exemplar in Ele-
zaro Nonagenario l. 2. Machab. c. 6. quod to-
tum meretur legi.

§. 3tius.

Boni, Mali, Hostes, Consanguinei, Et diverse
fortunæ.

Boni.

Beati immaculati in via, qui ambulant in le-
ge Domini. Beati, qui scrutantur testimo-
nia ejus, in toto corde exquirunt eum. Ps. 118.
Hac est generatio querentium eum, querentium
faciem Dei Jacob. Ps. 23. Filii Sanctorum su-
mus, Et vitam illam expectamus, quam Deus
daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant
ab eo. Tob. 2. Justus ut palma florebit, sicut
cedrus Libani multiplicabitur. Ps. 91. fili